



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De statu tertio, q[ui] d[icitu]r illuminatiuus. Cap. 12

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

§. ca. 27. §. 7 III § Iste secundus status vna cum superiori primo statu in se cōtinēt in itū
 §. ca. 10. §. 3 ecclesiæ, vtpote primitiua ecclesiæ designatā p̄ caput de auro optimo, q̄d habuit
 & §. ca. 44. §. 3 statua Danielis: Tabernaculū em̄ factū est primū & secūdū aureū habēs thuribu-
 §. ca. 4. §. 8 lum & archam testamēti circūtectā ex om̄i parte auro. Et sic tēpore primi & se-
 cūdi statū, hoc est, tēpore apostolorū & martyrum, ecclesia erat aurea, vtpote in bo-
 na & p̄fecta vita spūali. Sicut em̄ aurū alia metalla excedit, sic vita spūalis alias vi-
 tas. Aurū quippe ponitur pro sapiētia, quæ exitit opus decoris ecclesiæ primi-
 tiuæ, q̄a sapiētia claritate & dei ac proximi charitate canduit.

Daniel. 2
 Heb. 9

De pen. dist
 2. mult. & c
 princ.

III § Ecclesia natiq̄ erecta est, sicut tabernaculū synagogæ iuxta exēplar
 quod Moyfi in monte monstratum est. Vbi vniuersa ductilia ex auro erant pu-
 rissimo. Vti etiam Salomon edificatum ornavit templum, cuius altitudinem in-
 trinsecus deaurauit auro mundissimo. Ita aurum optimum est ecclesiæ pars ante-
 rior, vtpote status apostolorum & martyrum, dilectus deo candidus & rubican-
 dus. Quem tanq̄ aurum in fornace patiētia probauit dominus, cuius vestigia fe-
 cutus est. A diuinis enim mandatis non recesserūt martyres, quorum fidei pro-
 batio multo pretiosior fuit auro quod per ignem probatur. Cæteri deniq̄ Chri-
 stifideles eo tunc virtutibus pollebant insignibus. Siquidem in primitiua eccle-
 sia christiani fuerunt in fide bene instituti, in orationibus assidui, primum quærē-
 res regnum dei & iustitiam eius. Frequēter confessi, sacramento altaris quotidie
 communicati, verbo dei attenti, oblationes, offertoria & decimas nō cū minu-
 tis fructibus, sed de primogenitis & adipibus suis debite persoluentes, ecclesiæ
 ædificia erigentes, inter se pacifici ac fideles.

Ezech. 28

Exod. 25. &
 26. & ca. 28.
 & 37.
 3. Reg. 16. cū
 sequentib⁹.
 2. Para. 3
 Canti. 5.
 Iob. 23
 Sap. 3
 Act. 2. in fi.
 Mat. 6
 Gene. 4

§. c. 56. §. 3

§. ca. 8. §. 4

§. ca. 12. §. 5

§. c. 23. §. 9

§. c. 21. §. 2

§. c. 11. §. 5

Sile de Ioan-

chim & An-

na legitur

§. c. 12. §. 1. pri.

§. ca. 7. §. 3.

& §. ca. 17. §.

4.

§. ca. 1. §. 4.

in fin. & §. c.

18. §. 6

§. c. 12. §. 1

§. ca. 13. §. 7.

De pe. dist.

1. c. citius, &

ibi glo.

§. c. 17. §. 6

§. c. 12. in fi.

§. c. 11. §. 1

§. c. 10. §. 4

& §. c. 13. §. 7

& §. ca. 17. §.

11. §. eo. §. 1.

11. q. 1. futu.

§. c. 7. §. 2.

V § Prælati in super atq̄ sacerdotes sacramēta paratis p̄reuerūt, gratiā
 spiritus sancti non sicut hodie fit, vendiderūt: ab hīs vero quibus spiritualia ad-
 ministrauerūt, fuerunt sustentati, & liberaliter remunerati bonis temporalibus,
 quæ in tres partes diuisere (prout deus penes Catharinam Senen iubet) Vnā ec-
 clesiæ pro cultu diuino alijsve necessarijs: alterā pauperibus distribuendo. Ter-
 tiam ad sustentationem referuabant, prædicationibus & celebrationibus incū-
 bētes, caste & sancte viuētes, vt facile pro sua dignitate à populo honorifice ob-
 seruarentur. Quoniam virtuosi & fideles sacerdotes olim fuerūt, & quī scelerati
 hodie sint, proditur à spiritu sancto in dialogo Catharinæ Senen. Nā sicut olim
 rari fuerūt mali, sic hodie raro boni reperiūtur clerici. Nempe om̄ia in primitiua
 ecclesia erāt inter Christianos tali spiritali charitate fulcita & radicata, vt sol iu-
 stitiae facile in clipeos aureos resfulgeret. Iste verus sol est Iesus Chrūs, prout de-
 claratur penes Catharinam Senensem.

Cath. Sen. c
 114.

Cathe. Sen.
 119.
 1. Mach. 6
 Cath. Sen. c
 110.

VI § Illud autem tempus aureum durauit vsq̄ ad tertium ecclesiæ statum.
 Quandoquidem Christianitas de auro ad argentum descenderat. Imo de auro
 plariq̄ ad lutum ceciderunt, vt patebit de hypocritis, qui videbātur deaurati &
 fulgidi, id est, vere sapientes corā populo, sed corā deo stercus erant quia intrin-
 secus fuerūt lupi rapaces. Nam extrinsece aurū, occulte lutū hypocritæ apparēt.
 In superficie equidem vidētur virtuosi, intus à virtutibus vacui. Et quādo in hac
 vita hypocritæ detegitur, tūc aurū hypocritarum quasi lutum sternitur, vtpote
 quando occultis peccatis exigentibus, etiam virtus, quæ prius publice claruerat,
 iam dissipatur. Itidem de hæreticis dicitur. Obscuratū est aurū scilicet bonæ vi-
 tæ, & mutatus est color optimus, scilicet euangeliū in sensum reprobū per hæ-
 reses, & alios errores: De quibus nūc sequitur.

Matt. 7.

Iob. 41
 Treuo. 4

¶ De statu ecclesiæ tertio, q̄ est illuminatiuus. Cap. XII.

Postquam diabolus calluit Christianā fidē per crudelitātē persecutorum
 minime labefactari, sed magis ac magis martyrum patientia Christifide-
 les in orbe multiplicari, alia via aggredi ecclesiā tentauit. Verum idolo-
 latriam in toto Romano imperio Constantinus damnauerat ac pmise-
 rat catholicā fidē gētibus p̄dicari, quæ repente diffusa fuit vbiq̄ locorū. Idē præ-
 terea Constantinus sua munificētia ecclesiā maxime locupletauit, secutus Salo-
 monem q̄ in suæ domus ædificio atriū maius rotundū trium ordinū fecit, pariter
 Constantinus in tertio ordine, id est, statu ecclesiam pacificauit & ampliauit, eam
 argenteam

Dist. 96. Cō-
 stan.

§. ca. 8. §. 2.
 & §. eo. §. 5.
 3. Reg. 7

Clemangis de corrupto statu ecclia
 argenteam temporalem faciendo. Reliqui proinde principes, alijq; locupletes (vt Nicolaus Clemangis refert) considerantes sanctam clericorum conuersionem, certabant vndiq; pro suoz expiatione peccatoz, illis copiosissima bona congerere, vt ab omni cura soluti absq; interruptione liberius possent deuotionis feruori incumbere. Sic multis preclaris dotibus magnificisq; opibus ecclesia aucta est atq; insignita. Sic fundata cœnobiatq; collegia, sic sedes pontificales & parrochia exortæ, sic ecclesie fabricatæ, sic deniq; omnes gradus ecclesiasticorū hominum in suas copias excreuerunt.

I § Hinc ecclesia prius aurea tunc cecidit in argentum. Quocirca diabolus cœpit ecclesiam multiplicibus deprauare hæresibus. Siquidem Christiana crescete religione necessarium fuit cognitionē sanctæ trinitatis, ac fidei mysteria altius explicari, prout eo tunc Augustinus de trinitate quindecim ædidi libros. Sed quia humanus sensus profunditatem fidei facile percipere nequit, quo fit vt docti scientia inflati, pro sui intellectus subtilitate in hæreses diuersas prolapsi sunt. Quibus ecclesia oppressa fuit, atq; passa incursum Menandri, Aerij aliorumve hæreticoz, scandala in ecclesia dei generantiū quamplurima. Quos puidit Apostolus, aiens: Spūs aut manifeste dicit, q; in nouissimis scripturis discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmonioz. Et infra: Prohibentiū nubere, & f. d. c. tium abstinere a cibis quos deus creauit. Manichæi em̄ condemnāt matrimonium, & oēm creaturā corpale, tanq̄ scdm eos, a deo malo creatā, ideo affirmāt abstinendum esse a quibusdā cibis tanq̄ augmentatiuis substantiæ dei mali in ædibus ipos. Vnde etiam matrimonium condemnant, quasi per eius actum augeantur substantiæ a deo malo creatæ. Hæc secta per Augustinum contra Fauustum Manichæum est conuicta & exuffata. Plures deinceps aliæ hæreses aduersus ecclesiam eotunc, ac postmodum insurrexerunt, & sic quasi ad parum facta est deprecatio ecclesie ad deum vt illuminaret oculos nostros.

II § Deus tandem misericors subleuauit domū suā, fecit nāq; luminaria magna. f. doctores ecclesie qui illuminarēt omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi: idem em̄ a Christo illuminati surrexerunt, & contra prædictas infidas & puerfas hæreses bellauerunt, & defenderunt veritatem fidei. Hoc bellum quondā figuratum est, cum Iudas Machabæus, & Ionathas trāsierunt Iordanem, & abierūt viam trium diez in desertum, & cœpit bellum a Galaaditis, & clamor belli ascēdit ad cœlum sicut tuba. Et dixit Iudas exercitui suo, hoc est, Christus doctoribus suis: pugnate hodie pro fratribus vestris. Et venit tribus ordinibus post eos, & clamauerūt tubis & oratione, percusserūt inimicos plaga magna. De huiusmodi conflictu scilicet Ioh. ad ecclesiam pergami, quasi ad tertium ecclesie statum, qui dicitur illuminatiuis propter sanctā doctrinā & veritatis defensionem, quam sacri doctores verbis & scriptis operati sunt. Ipsi quidem magnum certamen sustinuerunt, obprobrijs & tribulationibus spectaculum facti.

III § Iste tertius ecclesie status designatur per equum nigrum, quia hæresis obscurat fidem, quoniam a luce veritatis recesserunt hæretici. In quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium. Sed deus illuxit in cordibus doctorum ad illuminationem scientiæ claritatis dei. Præ terea diabolus qui sedebat super equum nigrum, habebat stateram, id est, puerfam scripturæ expositionem, pondus nullū habentem in manu sua, id est, in opere. Et Iohannes audiuit tanquam vocem angeli in medio quatuor animalium, vt potē Euangelistarum dicentium, bilibris tritici denario vno. f. emit, & tres bilibres ordei denario vno, hoc est, dicere, mysterium aut sacramentum libri veteris & noui testamenti redimitum est denario vno id est, Christi sanguine. Similiter & sacre scripturæ triplex mystica expositio videlicet tropologica, allegorica, & anagogica. Nota per triticum significatur medulla scripturæ, per ordeum autem sacre scripturæ expositio: nam sicut granum ordei latet sub pascia, ita scripturæ intelligentia mystica latet sub litera vel sub historia. Hinc sequitur in Apocalypsi. Et vinum, id est, acrimoniam, & oleum, id est, suauitatem sacre scripturæ ne læseris. f. tu hæretice. Siquidem gratia & veritas tūc manifestata est per diuinam illuminationem.

Caterū

III § Cæterum hæreticas sectas, quæ ecclesiæ tertiam intulerunt persecu-
tionem, sed nihil deo protegente contra eam profecerunt, diuina plaga est præui-
sa à Iohanne dicente: Et tertius angelus effudit phialam suam super flumina, scili-
cet hæreticorum sacras scripturas cum fluminibus suæ mundanæ eloquentiæ seu
sophisticæ garrulitates deprauantium, & super fontes aquarum, id est, super prin-
cipia suæ peruersæ doctrinæ. Et factus est sanguis, hoc est, eorum doctrina est ma-
culata, sicut res candida per sanguinem maculatur. Sed iustus deus dedit eis san-
guinem bibere.

V § Tertius et hæc insup status per Sybillam competenter circūscribit. Et si
gnificatus est in statua Danielis, cuius pectus & brachia fuerūt de argēto; siq̄ de ec-
clesia, quando eam Constantinus rebus temporalibus ditauerat, cessauit esse au-
rea, & incepit fieri argentea. Vnde Melchisedes papa inquit: In primitiua eccle-
sia, ut pote tpe Apostolorum & martyrum, possessiones & prædia uidebant, & præ-
tia ad fouendos ægenos expendebant. At cum inter turbines & aduersa mudi suc-
cresceret ecclesia, ad hoc usq̄ peruenit, ut Constantinus magnus daret licentiam
fabricandi ecclesias, & prædia constituit tribuēda, prout ipse immensa donaria cō-
tulit, ab illo etem tpe ecclesia possedit prædia. Ad idem Augustinus: Exemplum
domini accipite cōuersantis in terra, quare habuit oculos cui angeli ministrabāt,
nisi quia ecclesia ipsius oculos habitura erat. Nam sicut anima sine corpore non
uivit corporaliter, sic ecclesia sine temporalibus in nullo proficit. Sed rursus cano-
nes decernunt, res ecclesiæ in usum clericorum moderatum, & in restaurationem
ecclesiarum, & potissime pro indigentia ægenorum esse dispensandas. Id nostro
iam seculo minime obseruatur.

VI § Ex eo quidam argumentantur: Et si opes ecclesiæ sint natæ ob opum con-
tempu, & gloria ecclesiæ à gloriæ neglectu, quoniam deus temporalia ad sufficiē-
tem competentiam largit humilibus, qui ei deuote seruiunt in spiritualibus. Nec
non laici bona temporalia libētius largiunt ubi ea vident reijci ab his quos plus sa-
pere credunt. Tandem opulētia cleri cedit ecclesiæ potius ad lapsum quàm ad
augmentū. Siquidem Christus in euangelicis lris hortatus est ad diuitiarum contem-
ptum, ad voluptatum abdicacionem, & ad gloriæ neglectum. Quando ergo sui
vicarij & clerici, tamq̄ duces Christianæ professionis ita viuere possunt, ut opū
accumulando studio, ut gloriæ sublimitate, ut vitæ splendore, ut belli ferocitate
cæterisq̄ vitijs ipsos superent Aethnicos. Cur igit Constantini donum Petri pa-
trimonium vocat, quod ipse Petrus se non habere gloriatus est. Temporalibus nē
pe bonis tanq̄ spinis ecclesia Christi magis irretit & obruit, quàm ædificat. Eam
enim huius seculi sollicitudo & erumna decipit, diuitiarum fallacia & deceptio
suffocat, quia clerici & cæteri seruitores ecclesiæ in voluptatibus vitæ ac in con-
cupiscētijs euntes, nullum vel modicum fructum afferūt, ideo ecclesia ad pristina
paupertatē redigetur.

VII § De huiuscemodi insuper terrio statu penes Catharinam Senensem
habetur diuinum responsum, quod olim sancti doctores, à deo missi tanquàm lu-
cernæ fuerunt illuminati lumine mystice intelligēdi sacram scripturam, quæ an-
tea obscura fuit & literaliter exposita, non scripturæ defectu, sed legentiū igno-
rantia, siquidem humanus sensus per se profunditatem fidei cōcipere nequit. Nā
lumen intellectus, quo sacra scriptura intelligitur, procedit à lumine supernatu-
rali à deo pendente, quo lumine superbi & flagitiosi carent ob amoris proprii nu-
bem, quæ excæcat spirituales oculos. Ideo isti intelligunt sacram paginam litera
liter iuxta corticem exteriorem, nō gustantes interiorem medullam scripturæ.
Sic hodie Lutherani & Ecciani temeraria & ambitiosa disputatione mutuo al-
tercates pro sua audacia sacras literas torquent, nil charitatiue sed omnia inuecti-
ue ad seditionem defenduntur, suum vnusquisq̄ aduersarium, vnus ense, alius ig-
ne suppressere tentat. Idcirco suo dogmate & nisu apud populum parum pro-
ficiunt, imò plurimum scandalizant, & sacram dilacerant ecclesiam, ut timēdum
sit ne Germani mores Bohæmorum sequantur. Magna profecto est insania tā-
tam controuersiam (quæ videtur ex plaga dei procedere) non silentio & pruden-
tia, sed

Apoc. 16

Ibidem.

Daniel. 2

Acto. 2

J. ca. 14. §. 5
Eraf. in Si-
leno

Luc. 6. 12. 14
cū similibus

Acto. 3
Matt. 15.
Marc. 4
Luca. 8

Cath. Sen. c
85.

J. c. 15. §. 1 &
J. ca. 17. §. 11.
& J. c. 42. §. 3
J. ca. 17. §. 19
J. ca. 18. §. 12
& J. c. 2. §. 7
J. c. 39. §. 3

J. c. 3. §. 8 &
J. c. 10. §. 4.
J. c. 27. §. 4.
J. c. 65. §. 3
J. ca. 44. §. 3
J. c. 60. §. 1. 12
q. 1. futuram
J. c. 11. §. 4.
J. c. 10. i. prin
& J. c. 23. §. 12.
q. 1. ex ep.
1. q. 3. si quis
obiecc. 12. q
1. p. 10. §. ca
11. §. 5. & §.
J. c. 8. §. 4.
J. c. 14. §. 5
J. c. 10. i. prin
J. c. 14. §. 6
J. c. 15. i. pri.
J. ca. 20. §. 6
J. ca. 16. §. 4
& J. c. 41. §. 5
J. c. 10. §. 2
J. c. 10. §. 4
J. ca. 1. §. 4.
& J. c. 34. §. 3
J. c. 18. §. 9 &
J. c. 3. §. 3. &
J. ca. 2. §. 9.
J. ca. 21. §. 9.
J. ca. 23. §. 15
J. c. 13. §. 8
J. ca. 33. §. 33
in fi.
J. ca. 18. §. 8.
J. c. 35. §. 10
J. c. 33. §. 9

Vinceti^o de
fine mundi.

tia, sed conuictis & insolentia agitari. Expecto modo quid fors tulerit.
VIII § Tandē Vincentius ait quod in tertio ecclesie statu, propter vsum
honorum temporalium Christiani etiam laici in virtutibus multum declinaue-
runt. Ariana quoq; ac nonnullae aliae sectae erroneae iuualescebant adeo quod ob
vitae sanctitatis ruinam etiam status catholicae fidei in eis de haeresibus simul cor-
ruisset, nisi deus cum suis doctoribus ipsi ecclesiae subuenisset, tametsi ecclesia ad
pristinum statum seu gradum aureum haecenus reduci non potuerit, quonia de-
uotiois ardor in caelum euolauit; Quinimod ipsa ecclesia quotidie in deterius de-
crefcit: Nam in sequenti quarto statu incepit descendere ad medium supra dictae
statu, cuius venter & scemora erant aerea: & sic argentu ecclesie vertitur in sco-
riam, vnde dicitur: Argentum meum & aurum tulistis. Item: argentum eorum fo-
ris projicietur, aurum eorum in sterquilinum erit.

mobili

Daniel. 2
Esaia. 1
Iohel. 3
Ezech. 7

De ecclesiae statu quarto qui dicitur assensius. Cap. XIII.

Matt. 19

Quoniam post sacrae scripturae scrutinium intelligentia diuinorum in ec-
clesia non sufficit, aut parum prodest absq; vitae perfectione secundum
saluatoris consilium dicentis: Si vis perfectus esse uade & vende omnia
quae habes & da pauperibus, & ueni, & sequere me: ea de causa ad
quartum statum ecclesia ascendit, assumendo perfectam contemplationis vitam
in anachoritis caeterisque religiosis deo se assigentibus. De quibus apostolus inq;
Posuit deus in ecclesia virtutes, &c.

1. Corint. 12

Gene. 15

Iudi. 20
Deute. 29

Exo. 16. i. ff.
2. Esdrae. 9.

Leuiti. 19

Exo. 24. 34.

Deute. 9
3. Regu. 19

Marci. 1

Matt. 4.

Luc. 4

Cantic. 3.

Eccle. 46

Amos. 2

Exod. 24

Mat. 14.

Hiere. 4. 49

I § Qui quidem quartus status ecclesiae videtur figuratus quando Abraham
horror magnus inuasit, eiq; dictum est: Scito quod semen tuum erit peregrinum
in terra non sua, & affligetur quadringentis annis. Item quando filii Beniamin,
quotquot in solitudinem fugere potuerant, federunt in petra Remon mensibus
quatuor. Similiter filios Israel dominus adduxit quadraginta annis per desertum
vbi non sunt attrita vestimenta eorum, nec panem comederunt, nec vinum & si-
ceram biberunt, vt scirent quod ipse esset dominus deus eorum. Forfitan come-
derunt interim manna in deserto quadraginta annis, donec venirent in terram ha-
bitabilem. Vnde iidem filii Israel vicefimo quarto anno conuenerunt in ieiunio
& in faccis, & quater in die & quater in nocte confitebantur peccata sua, & ado-
rabant deum, ideo quarto anno omnis fructus eorum sanctificabatur, & laudabi-
lis erat domino.

II § Hunc quartum statum tenuit Moyses, quando ingressus medium ne-
bulae ascendit in montem: vbi cum domino fuit quadraginta dies & quadragin-
ta noctes, panem non comedens, & aquam non bibens: ibi enim deus dedit ei du-
as tabulas lapideas digito dei scriptas. Pari modo Helias sedit subter vnam Iu-
niperum & ait ad dominum: sufficit mihi domine, tolle animam meam: Sed an-
gelus domini tetigit eum dormientem dicens: Surge comede, grandis enim re-
sit tibi via: Et ecce ad caput suum subcinericius panis & vas aquae: Comedit er-
go & bibit & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadra-
ginta noctibus vsq; ad montem dei Oreb. Huiuscemodi itaq; quaternarij veteris te-
stamenti vident significare quartum ecclesiae statum noui testameti in deserto inceptum a
tempore Iohannis Baptistae: q fuit in deserto baptizans & praedicans baptismum pe-
nitentiae, vbi & Iesus baptizatus & ascendens de aqua, statim per spiritum pul-
sus est in desertum, vbi ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

III § In quarto nempe statu fuit ecclesia illa, quae ascendit per desertum: Et
cui dominus dedit fortitudinem vt ascenderet in excelsum terrae locum. Prout
olim deus ascendere fecit Israel de terra Aegypti, & Moyses ac Aaron vna cum
septuaginta senioribus ascenderunt, vt viderunt deum Israel. Huius equidem ascen-
sus exemplum dedit Christus, quando dimissa turba ascendit in montem solus ora-
re, suosq; discipulos in nauiculam ascendere compulit. Identidem per prophe-
tam ait dominus: Consurgete & ascendite ad gentem quietam, & ingressi sunt ar-
dua & ascenderunt rupes. Quod praecipuum seu consilium secuti sunt Anachori-
tae, in quibus caelestis conuersatio resultat, praecipue in desertis Arabiae & Aegypti
alijve locis tali vitae oportunis, quasi ascenderint per desertum Idumaeae. Ascen-
derunt

I. c. 44. §. 3.

§. eo. §. 5

I. c. 19. §. 7

§. c. 11. in ff.

§. c. 12. §. 6

I. c. 22. i. pr.

§. c. 5. §. 2

I. c. 31. §. 5

I. c. 54. i. pr.

I. c. 17. §. 15.

I. c. 32. §. 3.

§. c. 5. §. 7.

I. c. 22. §. 11

§. c. 7. §. 4.

§. c. 9. §. 2.

I. c. 65. §. 6.

I. eo. §. 10

§. c. 8. §. 3